

(2) *Dii prater Deum verum nihil sunt, nisi figmenta: A*
vide Psalm. CXXXV, 5. 15.

(3) *Dominium omne in hoc mundo à Deo dependet solò,*

USUS E VERSU IV.

- (1) *De miraculis in L. de Ecclesia.*
(2) *Miraculorum verorum autor unicus est Deus.*

USUS E VERSU V.

- (1) *De admiranda cæli amplitudine, motu, ordine, influxu, &c. v. L. de Creatione.*
(2) *Intelligentia vel Sapientia div. hic imprimis conspicua. L. de Deo.*

USUS E VERSU VI.

- (1) *De terrâ*
(2) *& aquis, &*
(3) *Amborum combinatione ac permeatione mirâ, iterum in L. de Creat.*

USUS E VERSU VII. VIII. & IX.

De cæli luminaribus, & magnis & parvis, iterum L. de Creat.

USUS E VERSU X.

- (1) *De primogenitis Ægyptiorum vid. Pf. CXXXV, 8.*
(2) *Percussio hostium omnino attribuenda æternæ Dei gratiæ, quippe quæ populum h. m. liberat indigne pressum, utut ex parte hostium mera deprehendatur ira: imò his ipsis ira signis alii excitantur ad respicientiam, fiduciam &c.*

USUS E VERSU XI.

- (1) *E medio hostium educi est, ovem ex medio luporum liberari: Matth. X, 16. Luc. X, 3.*
(2) *Eadem hæc eductio solari potest morituros, ex hac hostium turba liberandos, imò & alios letaliter periclitantes.*

USUS E VERSU XII.

- [1] *Manus Dei quandoque videtur debilior manu hostili: verum eadem in se semper roboris est infiniti: adeoque huic manui nos merito committimus & vivi, & moribundi: Psalm. XXXI, 6.*
[2] *Brachium Dei extenditur vibrato velut gladiò, quando, reluctante humanâ omni potentiâ, libertas tamen restituitur captivis. Noli igitur, ò homo, quicquam propriis tribuere viribus, aut cum Jerobeamo brachium extendere contra Dei servos; 1. Reg. XIV, 4.*

USUS E VERSU XIII.

- [1] *DEus dare potest viam, ubi nulla, scilicet scilicet mari vastissimo. conf. Psalm. LXVIII, 21.*
[2] *Vis hostium, utut compactissima, solvi tamen potest facillimè, immisis dissensionibus intestinis, &c. conf. Psalm. LV, 10. Judic. VII, 22. &c.*

PSALMI CXXXVII. DISPOSITIO.

Babylone captus ingemit. Captivitas Babel.

Ecclesia oppressa.

Est hîc I. miseriæ captivorum recensio, ubi (1) locus, *flumina Babel*: (2) miseria, (a) *sedimus* five *inviti mansimus*; (b) *flevimus*: (c) *Zionis pristinæ felicitatis*

recordati sumus: v. 1. (d) *cytharas suspendimus*: v. 2. (3) *causa; captivantium irrifio: postularunt à nobis cantica hilaria Zionæ*: v. 3. (4) *irrifionis confutatio: quomodo cantaremus*

USUS E VERSU XIV.

- (1) *Transit Israel, transeunt fideles, per media pericula, non tamen citra timorem carni ac sanguini familiarum: conf. Matth. XIV, 30.*
[2] *Sic tranfibimus per mortis angores ultimos.*

USUS E VERSU XV.

- [1] *Pbarao tyrannus depingit Diaboli furores erga pios.*
[2] *Instat hujus inevitabilis in gehennam detrusio in die ultimo: Matth. XXV, 41.*

USUS E VERSU XVI.

- [1] *Deducimur per desertum, quando inopiâ, & spiritali & corporali, diversimodè exploramur: Actor. XIV, 22. 2. Timoth. III, 12.*
[2] *Fame tamen sitique DEus nunquam patitur perire suos, Psalm. XXXVII, 25. dat cuique, quantum sufficit: Proverb. XXX, 8.*

USUS E VERSU XVII. ad XX.

- [1] *Varii sunt modi apud Deum, populi sui supplantare hostes, etiamsi sint validi, etiamsi regibus polleant animosis, astutis, &c.*
[2] *Percutiuntur illi manu Israelis, verum non citra successum cælitus datum. Psalm. XLIV, 4.*

USUS E VERSU XXI. & XXII.

- [1] *De territorio in hereditatem concessò, vide Psalm. CXXXV, 12.*
[2] *De piis in bona aliorum immisiss. conf. Psalm. XXXVII, 9. 11. 22. 29. 34.*

USUS E VERSU XXIII.

- [1] *Quoties contra DEum delinquimus, toties per plagas promeritas humiliamur.*
[2] *Humiliati spiritu, vereque respicientes, DEO quasi in memoriam revocantur.*

USUS E VERSU XXIV.

- [1] *Eripit DEus, ubi occlusa & constricta omnia.*
[2] *Nunquam ergò desperandum.*
[3] *Hostes nostri hostes DEi; Actor. IX, 4.*

USUS E VERSU XXV.

- (1) *A DEo petenda & expectanda omnis nostra alimonia: Matth. VI, 26. Psalm. CXLV, 15. CXLVII, 9.*
(2) *Curam DEus gerit etiam brutorum atque volucrum. Provid.*

USUS E VERSU XXVI.

- [1] *Cæli gubernantur à DEo solò: nil hîc homines, nil valent demones.*
[2] *Si cælos regit, quidni & singula cælis conclusa?*